apposuerunt. non ideo quod per unionem quam diximus unum fit cum illa eadem que ipsa est persona esse in-
cipiat cum illa. Inquantum quippe corpus cum anima unitum est. una est persona cum anima. Sed tamen persona esse anime ex
se habet inquantum est rationalis spiritus. corpus vero ex anima habet inquantum unitum rationali spiritui. Quamvis sensus
hominis in homine inveniens corpus et animam simul personam. non animam personam esse. aut corpus personam esse. sed
animam simul et corpus personam. humanus sermo consuevit. Hoc autem propterea quia anima quodammodo propter
unam est personalitatem. item corpus vero et animam una per unionem secundum usum loquendi diversis
nominibus appellat. Quorum quedam a parte sumpta sunt. quedam vero ab hiis que constant in parte illa
quo persona dicitur rationalis homo dicitur vel corporeus vel animatus. a parte vocabula sumpta sunt. Sola quia in homine
solum corpus hominis esse corporeum. et ab humo sumptum esse. et ex coniunctione anime sensifi-
catum esse invenerunt. hec quoque vocabula a parte hominis sumpta sunt. Quando autem albus esse dicitur homo. aut
niger. aut magnus. aut parvus. vocabula sumuntur ab hiis que in parte constant. quia ista in so-
lo corpore hominis et non in anima eiusmodi proprietates inveniuntur. Quando autem rationalis dicitur homo. aut
sapiens. aut iustus. ab hiis que solum in parte sunt nomina ad totum sumuntur. quia non corpus
hominis. sed sola anima rationalis et sapiens et iusta invenitur. Itaque nomina hominis aliquando a
corpore sumuntur. aliquando ab hiis que sunt in corpore. aliquando autem sumuntur ab hiis que sunt in anima. numquam
quando sumuntur ab anima. Ab illa quippe parte hominis humana locutio homini potius
sumpsit vocabula formavit. quam primum et principaliter in homine sensus huma-
nus agnovit. et debuisset quidem homo a meliori parte sua potius nomen sumpsisse. sed
quia sermo aliter ad intelligentiam hominis famulari non potuisset. nisi prius eum quo
sensus humanus in percipiendo habuit modum in dicendo tenuisset. Itaque quia
id quod ab humo erat videnti in homine videbatur. ab illo potius homo dicebatur.
Sic quidem ex infirmitate sentiendi consuetudo dicendi exorta est. et debemus propter
usum in loquendo modum dicendi servare. non tamen propter consuetudinem loquendi a
veritate credendi recedere. Propterea quippe scripta sunt ne verba hominum
in veritate errare nos faciant. personam ipsam propter ipsum spiritum rationalem esse
testabitur. quia per licet propter id quod de humo sumptum est homo dicatur. tamen verissime
et quando illi sociata est sola bene vel male operatur. et quando ab illo separata est sola in pe-
nalis gloria remuneratur. et sic in corpore posita quedam sola cognitione et voluntate
facit sine corpore. quedam vero per voluntatem et cum voluntate in operatione per corpus